



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Alexētērion id est Historia Pestis

Stengel, Carl

Augustae Vindelicorum, 1614

Oratio de S. Rocho confessore contra pestem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49838](#)

transfigereris : secunda , cum iterum fa-
tus rediuiuuus, fustibus cædereris, & affli-
gereris tā atrocibus plagis & ictibus , do-
nec emitteres tuum purum & beatum
spiritū in Domino : Rogo te, gloriose
Martyr , vt mihi impetres à Deo virtutem
constantiae & perseveratiæ in suo sancto
seruitio: vt ipse quoque nos liberet ab in-
fectione aëris, & pestilentia ; quas propter
peccata nostra meriti sumus ; & susci-
pias quoque in tutelam , & defendas ex-
ercitus Christianos atque Catholicos : &
illis assistas in suis bellis, quatenus obti-
neant victoriam contra inimicos S. Ma-
tris Ecclesiæ, & per illam pacem securam,
& perfectam quietem, Amen.

ORATIO DE S. ROCHO CONFESSO-
RE CONTRA PESTEM.

Misericordissime, & benignissime
Domine, qui ex paternâ tuâ pro-
videntiâ castigas nostra peccata, & per in-
fectionem aëris tollis salutem & vitam
corporalem, proterea emendantes & hu-
miliantes nos subiçcimus tuo diuino au-

xilio

xilio, quatenus nobis des vitam spiritua-
lem animarum nostrarum; oro te humi-
liter per intercessionem sancti Confessio-
ris tui Rochi, ut custodire ac præseruare
digneris me & totam istam familiam, &
patriam ac regionem nostram, ab omni
infirmitate, contagione ac pestilentia;
& nobis des integrum salutem tam ani-
mæ quam corporis, ut in tuo sancto tem-
plo te laudemus, & perpetuò tibi seruia-
mus.

Et tu ô felix & beate Roche, qui per
exemplum patientiae & maioris confi-
dentiæ in tuo patrocinio, rogasti D E V M,
ut percutereris peste, & in tuo corpore pa-
tereris, quod alij parentur, & ex tuo
malo disceres compati ægris, & succurre-
re ijs, qui in simili versantur periculo &
afflictione.

Aspice nos pijs oculis, & libera nos
ab omni mortalitate per tuas feruidas o-
rationes; nobis quoque obtine gratiam
Domini, ut in sano nostro corpore, sana
nostra viuat anima: & post hanc vitam
temporalem, breuem atque caducam,

perueniamus ad æternam & gloriosam
& tecum gaudeamus in secula seculo-
rum, Amen.



DE S. SEBASTIANO MARTYRE.

Antiphona.

O Magnæ fidei sanctissime Sebastia-
ne, miles beatissime, cuius meritis
& precibus tota patria Lombardia æ mor-
tifera peste fuit liberata, intercede pro no-
bis ad Dominum nostrum IESVM CHRIS-
TVM, vt nos tuo beato interuentu ab
ipsa peste epidomiæ, ac improuisa mor-
te, & ab omni aduersitate corporis & ani-
mæ liberare & defendere dignetur, & do-
net nobis tantum vitæ spatium & tan-
tam emendationem peccatorum nostro-
rum, vt post hoc exilium sacris tuis pre-
cibus cum Christo collætemur.

V. Ora pro nobis beate martyr Sebasi-
ane.

Ref.